



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

20 Sortilegia per personas tacitae daemonis professione pluribus
modis fiunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

haeret. in G. Abb. in dict. cap. 1. numer. 4. vers. & advertit, de sortileg. & Eymer. in Direct. Inquisit. quest. 42. numer. 2. & ita censuit sacra generalis congreg. S. Rom. & universalis inquisitionis, sub die 21. Decembris anni 1602.

- 17 Quamvis † enim per dictam constit. Sixti Papæ V. fuerit Inquisitoribus attributa iurisdicção cognoscendi de causis sortilegiorum, superstitionum, veneficiorum, & incantationum, etiam quòd aliàs de præmissis non cognosceret, ut supra numer. 29. non tamen fuit Ordinariis restricta facultas, quin liberè in causis huiusmodi, ut prius, dummodò non hæresim manifestè redoleant, procedere possint, cum id ex iuris communis dispensatione illis sit attributum, ex deductis per Abb. eodem num. 4. & Clar. in pract. crim. §. hæresis, nu. 23.
- 18 Divinatio † est prima species sortilegij, quæ inter cæteras obtinet principatum, in quam plures homines incidunt, ut per Gril. eodem tract. de sortileg. c. 2. num. 5.
- 19 Et quatuor sunt † species divinationum, sicut quatuor sunt elementa, quæ consistunt in hydromantia, pyromantia, geomantia, æromantia. Et aliqui ex dæmonum professoribus vocantur incantatores, quidam arioli, alij aruspices, alij augures, quidam phitonici, & mulieres, phytonissæ, alij genethliaci, quidam salitores, & alij magi, de quibus in cap. igitur genus, 26. quest. 4. cap. nec mirum, eodem quest. 5. & Gril. in dict. tractat. de sortileg. quest. 2. numer. 7.
- 20 In sortilegijs, † quæ fiunt per personas tacitæ dæmonis professionis, diversa

interveniunt instrumenta, & fiunt quandoque in aqua per hydromantiam: quandoque in igne per phytomantiam: interdum in terra per geomantiam: aliquando utuntur aère, & ea faciunt per æromantiam: quandoque illa faciunt ex inspectione intestinorum avium, animalium, aut per eorum voces, garrulum, occursum, & similia, ut habetur, in dict. cap. igitur genus, & cap. nec mirum. Hostiens. in sum. de sortileg. §. 2. & Gril. quest. 5. num. 2. eodem tit. & aliqui respiciunt in astrolabio, ut in cap. 1. ext. eodem tit.

21 Alia est species † sortilegiorum, quæ fiunt ad amorem, aut in corpore, vel extra corpus: in corpore enim communiter fieri solent, per cibum, vel potum, ut l. 3. §. hæc adjectio. ff. ad l. Corn. de sicca. l. si quis aliquid, §. qui abortionis, ff. de pæn. l. eorum, in princip. & l. multi. C. de malis. & mathem.

22 Extra corpus † autem, id est, extra intestina fiunt per aliquas mixturas, compositas ex herbarum folijs, vel radicibus, metallis, reptilibus terræ, avium plumis, vel membris, seu intestinis eorundem animalium, vel piscium, aliarumque similiarum rerum nostratum, illaque quandoque consuunt in chlamide personæ ad amorem maleficiandæ, vel sub capite lecti, super quo personæ ipsa dormit, abscondunt, aut sub limine ostij cameræ, aut alterius, super quo ipse maleficiandus vir, aut mulier transitur, sicut. Apponuntur etiam imagines cereæ iuxta ignem ardentem completis dæmoniacis sacrificijs, de quibus supra, adhibitis nefariis precibus, & turpibus verbis, ut quemadmodum imago illa igne consumi-